

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Müller

**Programma Quo Solemnem Passionis Dominicae Memoriam devoto pectore
recolendam Rector Academiae Rostochiensis Henricus Müller/ Theologus Doctor
& Professor Ordinarius, ad Div. Mariae Pastor Omnes omnium Ordinum Cives
Academicos serio invitat & hortatur : P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus d. 25.
Febr. Anno M DC LXVI**

Rostochi[i]: Kilius, 1666

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn735661960>

Druck Freier  Zugang



173
12

PROGRAMMA QVQ AD Solemnem PASSIONIS DOMINICÆ

Memoriam devoto pectore recolendam


RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
HENRICUS Müller
Theologus Doctor & Professor Ordinarius,
ad Div. Mariæ Pastor

Omnes omnium Ordinum Ci-
ves Academicos seriò invitat &
hortatur.

P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus
d. 25. Febr. Anno MDC LXVI





ROSTOCHI,
Typis JOHANNIS KILLI, Academia Typogr.



R.U. - Regio 1666

1666



Ota amore sponsi æstuans fi-
delis anima in hæc erumpit ver-
ba Cant. I, 13. צור המור דורי לו בון
שָׁרֵר וּלְזִ LXX, Ἀπόδεσμος (Aqvi-
la; Απόδεξτρος) τὸ εἰκατῆς ἀδελφιόδος
(Quinta editio; ἐταῦρος) μη ἔμοι,
ἀναμέον τῶν μηεσῶν μη ἀνισθήσεται,
h. e. Alligamentum gutte fratruelis
meus mihi: in medio uberum meo-
rum demorabitur. Versio Æthy-

opica; Fasciculus Styracis qui ad nepotem pertinet et ad me: in
medio uberum meorum acquiescat. Syriaca; Fasculus est myrrha
qui me diligit, inter mammas meas pernoctabit. Arabica; Ob fa-
sciculum Styracis, qui pertinet ad nepotem meum: apud me com-
morabitur inter ubera mea. Vulgatus, Pagninus, Osiander;
Fasciculus myrrha dilectus meus mibi, inter ubera mea commora-
bitur. Tremellius & Junius; Est amicus meus mibi ut fasci-
culus myrrinus, inter ubera mea pernoctans. Piscator; qui
inter ubera mea commoratur. Lutherus; Mein Freund ist
mir ein Büschel Myrrhen / daß zwischen meinen Brü-
sten hanget. Dietenbergerus; Mein Geliebter ist mir ein
Büschel Myrrhen / er wird zwischen meinen Brüsten
bleiben. Angli; A bundle off Myrrha is my welbeloved unto
me: besybal lie all night betwixt my breasts. Batavi; Myn

liefeste

103

liefeste iß my een Bündelken Myrrhen (dat) tuschen my-
ne Borsten vernacht. *Subjectum, de quo loquitur Spon-
sa, in fonte per vocem יְהֹוָה exprimitur, LXX reddiderunt
fratruelis, vel, ut Origenes, fraternus, fortassis non ut con-
sanguinitatis indicarent vinculum, (sicuti placet Origeni at-
que Theodoreto, qvi Sponsum ita dici asserunt, ut esse Ec-
clesiam ex gentibus intelligamus qvæ loqvatur, cujus So-
ror cum fuerit Synagoga, & de illa Christus prodierit, be-
nè fratruelis appelletur, ex sorore videlicet filius,) sed no-
mina, qvibus se interdum Maritus appellant & uxor. So-
let à viro conjux dici *filia* II Sam. XII, 3. Ps. XLV, II. & *So-
ror*, Cant. IV, solet & à conjugē Maritus *Pater* appellari &
frater Cant. VIII, I. Qvà ratione etiam h. l. Sponsa id usur-
pat nominis, sive blanditiarum gratia, & ut teneris Spon-
si indulgeatur annis, ut simili ferè in causa aliquid dixit
Athenagoras legat. pro Christ. *Quamobrem etiam pro etat-
is discrimine, alios pro filiis & filiabus, alios pro fratribus &
sororibus habemus: pro veciores etate Patrum, & Matrum loco
honoramus, sive ut sanctos suos indicet amores castosve am-
plexus, prout de Sororis vocabulo Hieronymus lib. II
cont. Jovin. c. 7. Ubi Sororis nomen est, inquit, suspicio omnis
excluditur. Sive ut quanti aestimet Sponsum, quantove in
eum propendeat affectu, innuat.* Frater enim quasi *alter
ipse*, uti non illepidè apud Gellium l. XIII, c. 10. *Fratri*
*vocabulum P. Nigidius homo impensè doctus, non minus argu-
to, subtiliq. etymiq. interpretatur: Frater, inquit, est dictus, qua-
si ferè alter.* Idem de voce *έταιρος*, quam h. l. Quinta ad-
hibet Editio, prodit Clemens Alexandrinus lib. II Strom.
quando *Dicitur έταιρος*, inquit, *quasi ἔπειρος εγώ, id est alter
ego.* Hebraicum יְהֹוָה amorem notat, cuius emphasis haud
exprimunt plenè, qui *amicum* vertunt aut *dilectum*, quia*

152

qvoties

quoties pro abstracto concretum ponitur, ut tota vis vocis exhauriatur, superlativus adhibendus est gradus potius quam positivus, *Amicissimus, dilectissimus* meus. Omnia optime abstractum ipsum retinueris, & cum Ignatio IESUM crucifixum *Amorem* vocitaveris tuum. Nam & amantes solemus Latinè nominare *Amores*. Sic Ovidius Penelopen scribentem inducit ad virum Ulyssem, qui Troja capta, liberos ex Calypso Circeque susceperebat,

Esse peregrino captus amore potes, i. e. amante vel amica

De hoc suo amore Sponsa; *Sacculus Myrrhae mibi. Myrrha pretiosi lapidis nomen apud Veteres, cuius usus præprimis in poculis.* Lucanus lib. IV

*Non auro, myrrhaq; bibunt: sed gurgite puro
Vita reddit* — — — — —

Et Statius lib. III Sylvar:

— — — — — *Hic pocula magna
Prima Duci, myrrhasq; graves, crystallaq; portat
Candidiore manu, crescit nova gratia Baccho.*

Cur lapis *Myrrha* sortitus nomen, tradit Isidorus Episcopus Hispalensis lib. XVI Orig. c. 7. ubi inter viridiores gemmas Myrrhiten recensens, Reperitur, inquit, in Arabia vel Aegypto *Myrrhae coloris & odoris, unde & nomen accepit.* An fortean de hac gemmae specie quicquam in mentem venit Sponsæ? Ita statuere videtur P. Sherlogus Jesuita, qui vestig. XIV in Cant. *Quando, inquit, Murrhina in delitiis feminarum, pretiumq; fuerit exquisitum, opinari quispiam valeat, donatam inter alia nuptialia munera Sponsæ, vel à marito, vel à sodalibus ejus, thecam murrhini lapidis, quā recluderet statim*

Myrrha

(105)

Myrrha florem, & nobilissimum partum: in ea verò cælari cura-
verint Sponsi effigiem & vocabulum: atq; hanc sane ob causam,
quod nimis Sponso ornaretur, magis quam ob inclusum liquo-
rem, ad ubera gestare voluisse pueram. Hanc itaq; alludens ad
sculpturam inquit, Sponsum olfactoriolum sibi factum, quando in
Myrrhotbeca descriptum haberet, & hoc; Fasciculus Myrrhae di-
lectus meus mibi, scil. crumenæ & vasculum Myrrhae (lapidis)
sub imagine Sponsi. Nos suo hanc relinquimus auctori sen-
tentiam, ne, quia illa vocis Hebrææ significatio insolens est
in sacris, insolentes videamus scripturæ interpretes. Ut ad
arborem promoteamur, & ligno ramisq; & floribus Myrrhae
nomen accommodatum est, & pinguedini, seu quam sudat
lacrymæ. De ramis atque floribus dubium nullum. De
gummo seu lacryma Dioscorides I.I, c. 67. Myrrha lacry-
ma est arboris, que in Arabia gignitur, Egyptia spina non dis-
similis. Et Isidorus I. XVIII Orig. c. 8. Myrrha Arabiae arbor
altitudinis quinq; cubitorum, similis spina, quam ænæfæ dicunt;
cujus gutta viridis atque amara, unde & nomen accepit Myrrha.
Salazar h.l. per myrrhae arboris ramos intelligens verba Spon-
sa ad morem resert pervetustum, quo in conviviis nuptia-
libus conjuges decumbere solebant ita, ut Sponsæ caput
mariti pectus exciperet, quo pro pulvinaribus atq; se-
rificis culcitris, quibus luxu indies incrementa capiente, in
lectis epularibus utebantur convivæ, olim ex herba tor-
ta fasciculi quidam sternebantur, queis convivæ cubitis &
capite inniterentur, quem morem prolixè ex Varrone,
Virgilio, Apulejo, Platone, Plinio aliisve probare fa-
ragit. Sensus verborum Sponsæ hic foret: *Dilectus mens*
fasciculus myrrhae mibi, i. e. perinde ego in illius sinum &
pectus deponam caput & cubitis innitar ac supra fascicu-
lum myrrhae, quo alias inniti solent convivæ. Ille mihi

A 3

pro

pro culcitra & pulvinari. *Inter ubera mea pernoctabit.* Re-
pendam ipsi ego istam gratiam, si mihi ipse inter epulas
sinum præbuerit, cum à triclinio in thalamum disces-
sum erit, ego ipsi ubera & sinus exhibebo meos. Vide-
tur corroborari posse ista conjectura locis Scripturæ, qui-
bus modo uxor in mariti sinu cubare dicitur, modò vir in
uxoris gremio. Deut. XIII. c. XXVIII. Prov. V. Sed nec
una sunt, qvæ improbabilem planè eam reddunt. Myr-
rham spinis alperam esse testatur Theophrastus lib. IX. de
Plant. Hist. c. 4. quando *Myrrha*, inquit, *folium acu-*
leatum est, non laxe, ulmo simile: crispum tamen, extremo
spina horridulum. Truncus etiam apud Rovillium l. XVIII
Hist. Plant. c. 4. spinis horridus. Cùm igitur arbor &
cortice & folio aculeata sit atque pungens, credibile non
est abs delicatulis inde confectos fasciculos, qvibus capi-
te inniterentur aut cubitis. Et verò quid capitis fulcrum
aut cubitorum ad ubera? Eadem premuntur difficultate
qui Myrrham de colligatis simul floribus foliisve & sinui
immissis exponunt, cui fayent sententiae Aponius, Phi-
lio Carpatus, Lutherus, Pineda, Guevara & qvotqvt per
fasciculum vocem צְרִיר expresserunt. Sed probatum non-
dum est id, qvod prædicti auctores ut indubitatim suppo-
nere videntur, folia myrrha svavi esse odore, imò, si lsi-
doro abs nobis citato superius credimus, *Sarmenta ejus,*
(de Myrrha loquitur.) *Arabes ignibus fovent, quorum su-*
mo jatis noxio, nisi ad odorem Storacis concurrant, plerumque
insanabiles morbos contrahunt. At si jucundæ cujusdam
fragrantia halitu excellerent flores ramive, quis persuade-
ri sibi patiatur, nocere eos pestemque afferre posse? quin
confortarent cerebrum: alioquin suffitus, qui in sumum
exhalantur, qvo pacto recreant languentes spiritus mor-

bosve

bosve depellunt ? His aliisve non minoris ponderis moti
rationibus potiores concedimus sententiæ partes , quæ
adstruit guttam fuisse Myrrham, quâ de Sponfa loquitur,
& ligni recessibus erutam lacrymam. Rectissimè omni-
um LXX per Ἀπόδεσμον τὸν σαυτῆς reddiderunt. Græci enim
Myrrhæ lacrymam peculiari nomine *stactem* appellant à
stillando. Unde Plinius lib. XII, c. 15. Sudant sponte prius,
quam incidentur , *stactem dictam* , cui nulla præfertur. Et
Hieronymus Ep. CXL ad Princip. Narrant & ii, qui aro-
matum novêre virtutes , *stactem florem esse Myrrhæ*. Elegan-
ter vocavit *florem* primam illam guttam , qvam sine vul-
nere & cultro agricolæ Myrrham præbere Plinius asserit,
adhuc enim Virgo est arbor , quemadmodum & gleba
ab aratro improcissa. Hanc myrrhæ guttam , imprimis
desœcatam , fragrantem esse atque medicinalem testatur
Dioscorides lib. I, c. 62. quando Ea per quam odorata est ,
inquit, ac pretiosa , atque unguentum per se facit , quod stacte
nominatur ; eius minima portio compos est virium plurima-
rum. צָרוֹר ergo h. l. idem qvod בֵּית־נֶפֶש Es. III, 20.
s. *Sacculus lacryma myrræ madefactus* , & à delicatulis ad
reficiendos spiritus vitales cordi appositus. Eqvidem hoc
talis pingitur Sponsa hymenæo , qvæ spiritum sâpe amittat
צָרוֹר languescens & animi vexetur ab alienatione.
utique apud Hebraeos *ligamen* notat , qvo aliquid colliga-
tur , s. fiat in sacculum , s. in fasciculum . Unde & idem
vocis *sacculum pecuniarium* einen Geldbeutel designat
Hag. I. Certè hoc loco non *fasciculum* notat , sed *sacculum* ,
qvia describitur velut pendens inter ubera dilecta ,
quod in sacculum quadrat rectius , qvam fasciculum . Sen-
sus ergo verborum est ; JESUS meus & omnia : ille mihi
qvovis melle dulcior , qvavis myrrha fragrantior. Meus

ille,

ille, meus ille amor, delitiumque meum. Notanda enim
hic omnino vis affixi I. pers. velut characteris fidei firmæ
flagrantisque amoris. Omnia ostendunt summum fidei
amorisque in Amica gradum. Meum illum, inquit,
non fronte geram, non auribus, non laetitia cervice; ap-
ponam cordi amabilissimum pignus. בֵּין שְׁדֵי יְהוָה Verba
hæc ad dilectum referenda potius quam sacculum, licet,
quatenus dilectus cum loculo myrræ comparatur, refer-
ri quoque ad ipsum mereantur loculum. לִין non com-
morationem nudam denotat, sed nocturnam, hoc est, tum
placidam & tranquillam; tum durabilem, & in ipsa etiam
tribulationum nocte non cessaturam. Ubra cor desi-
gnant, quia sub convalle gemini uberum colliculi situs est
cordis. Hinc cor per ubera Hos. II, 2 de medio uberum, h.
e. de intimo corde. Cor Christi habitaculum, Eph. III
& cordis Christus solatium maximè noctu, cum tristes in-
gruunt cogitationes & tentationes Dæmonis. Certè
qua terrarum esse mœstudo solet, cum Sol Oceano mer-
sus subduxit jubar, offusis, qvaquæ abest, densissimis tene-
bris, eam & Amica Christi expertura esset oppidò, nisi
ipse ei esset sacculus Myrræ, & vix trahentem Spiritum
suo soveret animaretve solamine. Ad passionem Servato-
ris verba dilecta qui referunt, audiendi sunt omnino. Cer-
tè in triduo passionis ex Christo, veluti Myrrha arbore,
ingens defluxit guttarum copia. Sudavit ille quasi spon-
te lacrymam, & incisus non emisit viliorem. Intuere
ipsum in horto Gethsemane tanquam Myrrham arbo-
rem. Perpende flores internorum affectuum, ruminare
verborum frondes, & guttas ad animum admitte sanguinei
sudoris. Flores sunt mœstitia, pavor & agonia. Flores
sunt promptitudo Spiritus ad sufferendam mortem, resigna-

tio

109

tio propriæ voluntatis ia divinam, orationis fervor, fiducia & reverentia erga Patrem. Frondes sed myrrhini sunt amarissima ista verba: *tristis est anima mea usque ad mortem.* Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. At quam pretiosa stacte illa, quam sudat orans in agonia? Tanto prostruunt sanguineæ guttæ impetu, ut non solum cadant in terram, sed decurrant. In terram inquam. Non hærent corpori guttæ, sed terram perfundant, quia earum fructus in nos redundat qui terra sumus. Comitare JESUM dilecta, non dormiens cum discipulis, sed vigilans cum ipso, collige pretiosas sanguinis guttas & sub pectore reconde tuo, ad ejus imitationem, adornato tibi sacculum, in quo colligas compassionem Christi patientis, promitudinem Spiritus in carne infirma, resignationem obedientiæ, orationis instantiam, vigorem confidentiæ, tristitiam de peccatis, & agoniam contrâ illa usqve ad sanguinis effusionem. Copiosiorem effudit lacrymam myrrha Christus incisus flagellis, spinis, clavisq; in cruce, sed non minus pretiosam, ut ut tormentorum vi evulsam, quia & ipsa spontanea. Intuere de crucis arbore pendente. Quot in illo, Deum bonum! pulcherrimi flosculi? quæ humilitas in opprobriis, patientia in tormentis, quod silentium in convitiis ac calumniis. Spectas hic obedientiam usqve ad mortem, charitatem complectentem omnes, ne ipsis quidem exclusis hostibus; Quot verborum frondes, qui foliorum (ut de frondibus Myrræ prodidit Plinius), instar olivæ, meram spirant misericordiam? Miseretur ille hostium, excusans eos, proque ipsis intercedens. Miseretur latronis pœnitentis, promittens illi gratiam & gloriam. Miseretur matris viduæ tunc & desolatæ, pro-

B

volvens

solvens eam in securam discipuli. Misericordia omnium, dum
omnium nostrum ardentissime sit salutem. Quot dem-
que non guttae dicam sed rivulus Myrrha hac promanant!
Dorsum flagellis contusum, caput incisum spinis, manus
pedesve perforati clavis non guttas fundunt, sed rivos sa-
ceratissimi crux. Hac meditare, Amica Christi, ac nihil
te arbitrare scire nisi Christum, & hunc crucifixum, nec
gloriare nisi in cruce Iesus, oper qvem tibi mundus cruci-
fixus esse debet, & tu mundo. *Hec*, inquit Bernhardus
Serm. XLII in Cant. meditari duxi sapientiam, in his justitiae
mibi perfectionem constitui, in his plenitudinem scientiae, in
his divitias salutis, in his thesauros meritorum. *Hec* me eri-
gunt in adversis, in prosperis reprimunt, & inter leta tristia-
que vite prasentis via regia incidenti tutum praebent utroque
ducatum, hinc inde mala imminentia propulsando. *Hec* mihi
conciliant mundi judicem, dum tremendum potest arbitribus mitem,
humilemque figurant: nec solum placabilem, sed etiam imita-
bilem representant. Amaritudines igitur dilecti tui in sac-
culum collige per devotam meditationem, & inter ubera
colloca, ut per fidem atque imitationem totus fiat tuus.
Hunc dum pectori admoveas, dum sustines humero, dum
collo gratam appendis sarcinam, fel omne tuum in me-
rum committatur mel & absynthium in sacharum. En ti-
bi exemplum. Jussus immolare filium suum Abramam,
proh! quali tentatus opere? ille tot votis quæsusitus pun-
er, senectutis gaudium, curarum lenimen, domus fulci-
men, Parentum totus & iudicis amor, vulnere perimen-
dus, quod patris inferat dextera! non recusavit Abraham,
non dejecit vultum, non flevit aut indoluit, qvin exultat
unicum magistratus filium. *Gur* non moerore turbatus
ub unigenitæ prolis funere? habes Christum responden-

tem

III

tem Joh. VIII, 58. *Abrabam pater vester exsultabit, ut videret diem meum, Vedit & gavisus est.* Qvis iste dies, ad cuius lucem exsiliit Abraham? Dicam tribus. Sacrificaturo filium Abrahamo aperti sunt mentis oculi, & intuitus ille est speciali revelatione venturam æratem, in qua Dei Verbum sub carne assumta mille oneratam contumelias subiaturus esset necem, qvæ jam tum multa ante secula in Isaaco præfigurabatur. Hac igitur specie cruenti Servatoris objecta animo, animum ipse induit, ut qvamq; nihil in rebus humanis gnati acerbius funere contingere posset, non singultaverit tamen, non frontem contraxerit, imò latus & veluti tripudians cœdem aggressus sit. Huc spectant omnino ea, qvæ habet Prosper Aqvitanicus part. I de promiss. & prædict. c. 17. *De quo Dominus in Evangelio increpans Iudeos dixit; Abrabam pater vester concupivit videret diem meum, & vedit & gavisus est: diem scil. passionis filii Dei in suo filio figuratum vedit Abrabam, quod unico filio non pepencit: quod velut ad aram crucis triduo cum insonti victimæ convalluit: quod patiens, ac sine voce, similis agno coram rōdente se, filius patri ut percuteret, pia colla præbuit: quod se ligno, quod portaverat ipse Iaac suspendi non reluctatus est: quod aries cornibus in vepre detentus, spinis coronatum Christum ostendens, pro Iaac immolandus apparuit.* Hæc sufficient. Vestrū nunc erit, CIVES, ad animum qvæ dicta sunt admittere, & non despere Bachanalia, qvæ Christum sede ejiciunt sua, i. e. pectore vestro. Inter ubera vestra vasculum recondite non Bachi, sed Myrræ seu Jesu Christi lacrymis madefactum. Illi Servatori vestro gratias agite, qvod per tot calamitates, per tot injurias, per flagra, per sputum, per sanguinem, per denique mortem ipsam vestri causa horrendum illud susti-

nuit supplicium, ad qvod Cœlum & terra tunc expave-
scabant, trepidabat confracta tellus, petræ solidissimæ
dissilibant, elementa præ horrore nutabant omnia, imo
sol ipse, Mundi oculus, insolita involvebatur caligine.
Memoria crucifixi Jesu crucifigat in vobis omne pecca-
tum! constringatqve vos charitas illa Domini, qvæ in
passione conspicua fuit qvammaximè, ne posthac vobis
vivatis, sed ei qvi pro vobis mortuus & suscitatus est II
Cor. V, 14. 15. Ipsum cernui atqve in genua pròvoluti sup-
plices veneramini, uti *Pacem*, qvâcūm tandem, annu-
ente cœlo, in gratiam rediit Provincia Meklenburgica,
sartam tectam nobis servet, Serenissimos nostros Princi-
pes, pectora etiam redunitos, per concatenatos multo-
rum annorum ductus clementissimè solvit, Academiam
hanc & Senatum populumqve Rostochiensem tueatur at-
que in pristinum felicitatis solidæ reponat gradum, & in
Vos omnes salutem accumulet suam, salutem qvæ & hu-
jus vitæ complectatur commoda, & in beatam ducat
immortalitatem. Fiat! fiat!



tem Joh. VIII, 58. Abraham pater
 deret diem meum, Videl & gavisus est.
 jus lucem exsiliit Abraham? Dicam
 filium Abrahamo aperti sunt mentis
 est speciali revelatione venturam at
 bum sub carne assumpta mille onerata
 turus esset necem, qvæ jamtum in
 Isaaco præfigurabatur. Hac igitur
 toris objecta animo, animum ipse ind
 nihil in rebus humanis gnati acerbius
 posset, non singultaverit tamen, non f
 imò latus & veluti tripudians cœdem
 spectant omnino ea, qvæ habet Prosper
 de promiss. & prædict. c. 117. De quo L
 incipans Iudeos dixit, Abraham pater
 deret diem meum, & vidi & gavisus est
 filii Dei in suo filio figuratum vidit Abrab
 non pepencit: quod velut ad aram crucis
 etima convuluit: quod patiens, ac sine v
 ram tondente se, filius patri ut percuteret
 quod se ligno, quod portaverat ipse Isaac
 tus est: quod aries cornibus in uestre det
 tum Christum ostendens, pro Isaac immo
 sufficient. Velstrum nunc erit, CIVES
 dicta sunt admittere, & non despere
 Christum sede ejiciunt sua, i. e. pecc
 ubera vestra vasculum recondite non
 rhæ seu Jesu Christi lacrymis madefactu
 vestro gratias agite, qvod per tot cala
 injurias, per flagra, per sputum, per sa
 niqve mortem ipsam vestri causa horr

B 2



pit, ut vi
 es, ad cu
 rificaturo
 uitus ille
 Dei Ver
 eliis subi
 secula in
 ti Serva
 mqvam
 ntingere
 traxerit,
 it. Huc
 is part. I
 Evangelio
 upivit vi
 passionis
 inico filio
 sfonti vi
 agno co
 reebuit:
 relucta
 corona
 uit. Hæc
 in qvæ
 , qvæ
 Inter
 d Myr
 rvatori
 per tot
 per de
 d susti
 nuit